



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

84. Exemptiones universales an motu proprio an ad postulationem
concessæ præsumantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Quam sententiam Peckius *d. ampliat.* 7. tacite videtur amplecti, dum postremo eam recensuit, quippe cum Doctores plures referunt opiniones eam amplecti censentur quam ultimo referunt, licet hoc aperte non profiteantur *Fel. c. 1. nu. 5. v. 1. 4. nota. de constit. glo. l. qui situm ff. ad Trebel. Rom. cons. 13. Bald. c. 1. an apud iudicem vel Dominum Caroc. sing. 3. 6.* Quæ opinio Barbatij, etiam si vera esset, non procederet in ea specie exemptorum, quæ neque passivè neque activè alterius iurisdictionem prorogare possunt, de quibus abunde supra *lib. 2. quest. 5* qui exemptione gaudere clerum secundarium dicecensis Leodiensis ibidem tradimus.

QVÆSTIO LXXXIV.

Exemptiones universales, an motu proprio, an ad postulationem concessæ præsumantur.

Privilegia præsumi ad postulationem partium concessæ regulariter traduntur est. *DD. ca. si motu proprio de præbend. in 6. l. 1. C. de petit. honorum sublati lib. 10.* quæ regula restringitur in exemptionibus universaliter concessis, quemadmodum libro secundo *q. 19. n. 5. in fin.* notavimus, eæ enim motu proprio, sicut & cum fit mentio meritorum, concessæ esse præsumuntur *Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 178.* quod confert ad multa, sunt enim multæ inter privilegia motu proprio & ad postulationem partium differentia, de quibus post *Rebuffum d. privileg. 178.* affatim per *DD.*

QVÆSTIO LXXXV.

Princeps an manum injicere possit, seu rationem exigere coram ordinario ab Oeconomo suo qui exemptus est.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Princeps iudex est suorum subditorum. | delinquentes, |
| 2. Generali dispositione Papa non comprehenduntur exempti. | 4. Clerici ratione administrationis subijciuntur Principi. |
| 3. In causis feudatibus Princeps est iudex suorum subditorum. | 5. Diverso iure quis censeri non debet. |
| Laicus punit clericos in officio coram se | 6. Princeps si impleret brachium seculare an parere debeat. |

Pro affirmativa est, quod Princeps cum actotis partes sustinet, iudex sit suorum subditorum, nisi icto fœdere seu privilegio aliter statutum sit. *Fel.*